



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

Titvlvs XXXV. De Purgatione vulgari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

nunc quinque, nunc septem, nunc plures etiam compurgatores adhibendo, hodie numerus hic est arbitrius, secundum Iudicis, qui purgationem indicit, arbitrium destinandus, spectanda qualitate personæ purgantis se, & spectanda qualitate delicti, gravitate infamiae.

§. VI.

De effectu purgationis Canonicae, & poenis deficientis in illa.

Effectus purgationis hujus est, ut ea legitime peracta, absolvatur, qui se purgavit a suspensione, si quæ præcessit, & ab infamia criminis, ratione cujus se purgavit, *can. Habet 6. caus. 2. q. 5. & prout sumitur ex cap. Ex tuarum 8. h. t.* ita ut regulariter non possit purgatus iterum accusari de delicto hoc, nisi nova

infamia ejusdem criminis exorta sit, si absens fuisset, non tamen per contumaciam, accusator, quando purgatio habuit, qui plene probare crimen potest, vult crimen illius probare, qui se purgavit videbatur, cum de eodem crimine queri quidem sæpius non possit, illa tamen etiam non debeant remota impunita, præsertim, si per multam reputationis acquisita fuit.

Qui vero in purgatione Canonica defuit, habetur pro convicto, ut dicitur, & eadem poena Canonica prætor, ut de crimine per legitimas probationes convictus fuisset, *cap. cum 7. h. deficientem h. t. juncta Glossa 7. Provenit cum præsumptio probabilis et violenta orta transeat in violentam, si in illa purgando deficiat.*

TITVLVS XXXV.

DE PURGATIONE VULGARI.

Purgatio vulgaris dicitur illa, quæ à vulgo inventa, vel usu introducta fuit contra formam Canonicam, & à Sacris Canonibus reprobatur, ut quæ magis ex diaboli, quam ex Dei instinctu originem suam accipit: sic à jure Canon. reprobatur purgatio facta per duellum *cap. Cuius 1. h. t.* purgatio facta per iudicium ferri candentis, vel aquæ ferven-

tis, seu calidæ *cap. Dissili 3. h. t. purgatio facta per aquam frigidam, cap. Ex tuarum 8. de purg. Canon. & similes superstitionis probationes, quæ in veritate ex purgatione vulgaris non veritas possit, & debeat *cap. Significavit 1. h. t.* etiam si ab ea non fuerit appellatum, cum lata sit ex fallacibus & reprobatis probationibus.*

